



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117956

§. 42. Gervasus Archiepiscopus Remensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)

fiat! Rex deinde Philippus Literas tradidit, quibus Jura Ecclesiæ Remensis confirmabantur. His subscripsit Archiepiscopus Remensis cum titulo Cancellarii Primarii, tunc enim ei Rex hanc Dignitatem, quam Archiepiscopus Antecessoribus suis debitam affirmabat, contulit. Ceterum cura Henrici Regis, filium suum coronari jubentis, præpropera non fuit, nam is anno sequente millesimo sexagesimo, quarta Augusti, annos natus quinquaginta quinque, rebus humanis ereptus est, postquam annos viginti novem Francorum Solium obtinuisset. Philippus Rex annos quadraginta novem Francis imperavit.

§. XLII.

Gervasius Archiepiscopus Remensis.

Gervasius Archiepiscopus Remensis natus erat Patre Aimone, Arcis ad Ligerim Domino, & Matre Hildeburga Bellefima, sorore Avesgaudi Episcopi Cenomanensis, successitque in Episcopatu Avunculo suo anno millesimo trigesimo quinto. At post aliquot annorum ipsum Geofridus, Comes Andegavensis, Gervasium in carcerem missum detinuit annis septem, & quamvis Leo IX. Papa, ac Concilium Remense Censurarum metu eum deterrere conarentur, captivum tamen dura non nisi conditione, qua Arce

Y y 2

sua

Sæculum XI.

A.C. 1059.

Marlot.to.2.

c. 34.

Sup. I. LIX.

p. 63.

Sæculum XI. sua Ligerina cedere cogeatur, libertati
A.C. 1060. restituit. Gervasius in Normanniam ad

tom. 9. Conc. Ducem Guilielmum se recepit, donec
p. 1042. eum tandem Rex Henricus, ut faventem
sibi haberet Præsulem, Archiepiscopatu
Remensi, Guidonis obitu vacantem, do-
navit. Ergo ad illam Sedem consentien-
tibus Clericis populoque undecima Octo-
bris, anno millesimo quinquagesimo quin-
to, translatus est.

Quatuor extant Epistolæ Nicolai Pa-
tom. 9. Conc. pæ ad Gervasium Archiepiscopum datæ.
p. 1091. In prima Papa significat, Archiepisco-
pum accusatum fuisse, quod Benedicto
Antipapæ faveret. Hortatur, ut Regem
salutaribus monitis roboraret adversus
malos Consiliarios, qui in divisione Ec-
clesiæ Romanæ criminum suorum impu-
nitatem quærebant. In alia epistola Ar-
chiepiscopo præcipit, ut Episcopo Bello-
vacensi Sacris interdiceret, qui Simoniacæ
ordinatus ferebatur, donec Romam veni-
ret, in Concilio ibidem celebrando causam
dicturus. In alia rursus monet, ut da-
mnum Ecclesiæ Viridunensi illatum resar-
ciri juberet, quia illa Ecclesia speciatim
sub Tutela Sacræ Sedis existeret.

ep. 2.

ep. 3.

§. XLIII.

Concilia in Galliis.

tom. 9. Conc. Eodem anno millesimo sexagesimo Ni-
p. 1108. colaus Papa duo Concilia in Galliis,
primum